



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

9. Dies Augusti. Semper illi gratias agere studeamus, à quo gratia gratis datur. Sanctus Augustinus de verb. Dom. Sermon. 8.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

618. *Christiani Militis* Augustus.  
æternæ Charitati, quidquid tibi in mundo est charum, à quo habes, quidquid tibi est charum. Et me minoris illius metti :

*Pendus curarum facit hic, qui dat mihi charum.*

### 9. DIES AUGUSTI.

Semper illi gratias agere studeamus, à quo gratia gratis datur. *Sanctus Augustinus de verb. Dom. Sermon. 8.*

Dei in  
nos be-  
neficia,

I. **Q**

Uidquid accipimus à Deo,  
est gratia; quia datur gratis;  
unde opinis nostra reipitatio  
debaret esse continua gran-  
rum actio. Si ignoras Dei beneficia, accipe hie eo-  
rum Catalogum, quo omnia rediguntur in fasciu-  
lam. *Anima*, creatione, Dei imago est; Redem-  
ptione, Dei ancilla est; Justificatione, Dei filia est;  
Adoptione, Dei hæres est; inhabitatione, Dei Tem-  
plum est, dilectione, Dei amica est; desponsatione,  
Dei sponsa est; adhæsione ad Deum, unus cum eo  
spiritus est, infusione gratiæ, Divinæ consors nature  
est; sanctitate, Dei Paraditus est, cui deliciæ sunt, esse  
cum filiis hominum. Hæc tanta beneficiorum cumu-  
lata congeries quid aliud clamat, quam trina illa ver-  
ba: *Accipe: Redde: Cave.* Accipe, beneficium, Red-  
de, obsequium. Cave, supplicium. Beneficium, quod  
tibi in rebus omnibus conditis exhibet: Obsequium,  
quod ei, qui dedit tibi omnia, infinitis titulis debet:  
Supplicium, quod ut ingratus incurris, Deum agno-  
scens, nec ei gratias agens. Oportet ergo, Deum sine  
intermissione laudare, (a) *In prosperis, (ait Augusti-*

*(a) Sup. illud To. in die repleatur.*

nus) quia consolans, in adversis, quia corrigis: antequam essem quia fecisti me: cum essem, quia salutem dedisti: cum peccassem, quia ignorasti; cum conversus esses, quia adjurosti; cum perseverasssem, quia coronaisti.

II. Tu interim, è nihilo à Deo conditus, tot tantisq; ejus donis cùmculatus; à tot malis aut liberatus, aut conservatus, adeò fuisti ingratus, ut offendere Conditorem, negligere Benefactorem, spernere Servatorem non dubitataveris. Tu, inter ferventes, tepidus es; inter humiles, superbus; inter abstinentes, intemperans; inter sanctos, profanus; inter mansuetos, iracundus; inter quietos, turbulentus; inter bonos, malus es. Et quo bono? non jam Gratiæ, & Gloriæ, sed vel naturæ dignus es? quo verò malo dignus non es? singula Dei beneficia sunt totidem amoris ejus obsides, & pignora, & ubi inter tantos amores, tuus amor? Quis non stupeat ingenium Divinæ Bonitatis, ut omnium sit unum beneficium, & unitis sint omnia beneficia? ut privata sint communia, & communia sint privata? Omnia Naturæ Opera; omnia mirabilia Gratiæ; omnes Beati, imò & damnati, beneficia tua sunt: omnes prosperitates, & calamitates, quibus mundus involvitur, Dei sunt munera; quibus te donat, ornat, amat. O homo insignite, nimis ingrate! Nonnè toto aetoris impetu Deum diligeres? si te pœnae jam sempiternæ reum, in lethali noxa mortuum, ad sempiterna non damnaret supplicia; sed alium aliquem hominem te, & Gratiæ donis meliorem, & Naturæ dotibus præstantiorem procrearet, ut perennes tartari cruciatus pro te reo pateretur?

III. Plus tibi præstítit Deus. Plures voluit addicere æternis inferorum suppliciis; nec illorum voluit misere-

misereri, ut iusta, tu salutem conquerereris. Si enim, scivisses pauciores perire, mino sti muisses te peritum, & sic minus timendo, periisses: si unus, aut alter tantum periret, fors admodum nihil timuisses, & sic paucorum exitium, tibi ademisset metum, & contulisset interitum: itaque, tot hominum exitium, tuum est beneficium. Quod si in aliis malum pœnae, tuum est bonum; multò magis bona aliena, erunt beneficia tua. Hoc unicum est solatium humanæ vitæ inter miseras? quod nihil possit fieri, nisi à Deo; & quidquid facit Deus, aut fieri permittit, non potest non esse beneficium, juxta naturam Bonitatis ejus: & quodcumque beneficium confertur, à Deo conferatur, & quidquid à Deo confertur, illud est beneficium tuum, factum tibi. Dolores corporis, miseriae, morbi, pestis, fames, bella, aquarum eluvies, omnia sunt tua beneficia; quia Deus propter tuum bonum, alios affligit tot malis. O Deus! quantum debes Deo? qui, ut tu pauper, cælesti aliquo afflatu per movereris ad quid boni, non dubitat ipsos terrarum Dominos, & Monarchas interficere: nec curat tothominum strages, & urbium clades, imò & Regnum excidia, ut tu inde à scelere resipiscas, ad frugem redcas. Pluris aestimat aliquem ex hara bubulum, aut è trivio homunculum corde contritum boni quidpiam cogitare, quam vitam, & coronata aliquod Regum capita, ac totas subinde gentes Imò tam potenter tibi Deus benefacit, ut ex ipsis peccatis tam tuis, quam alienis boni aliquid eliciat, & quem non istud ad amorem ejus alliciat? sicuti per universam Ecclesiam ob commemorationem magni alicujus à Christo collati beneficij instituitur dies festus: ut Incarna-

Augustus.

Tessera.

621

carnationis, Nativitatis, &c. sic quotidie ob quodlibet Dei beneficium, deberet esse in corde quasi dies festus. Ad hoc nos hortatur Poëta:

*Sit cordis festum; panem meminisse comedimus.*

## IO. DIES AUGUSTI.

Altissima quæque flumina, minimo sono labuntur.

*Curtius l.7.*

Affabi. I.

**P**ertexo telam Virtutum Moralia, quas inter nulla est, quæ tantas animis ad alliciendum habet præstigias, quæcum comis quædam erga omnes Affabilitas. Hæc potissimum versatur circa congressiones, & convictum: hoc est, circa totum ambitum actionum, ad humanam, & sociem vitam, ac conversationem spectantium: præser-tim ad colloquia cum aliis: quæ homo affabilis studet ita attemperare, ut proximo grata sint, & talia, quæ hominem in civili vita degentem, non dede-cant. Necesse quoque ad eam est, præcurrere animi hilaritatem. Nam, ut dixit Sidonius: (a) *Quidam barbarismus est morum, sermo secundus, & animus af-flictus.* Hæc Affabilitas potissimum convenit iis, qui, vel in potestatis culmine, ut p̄f̄sint: vel in dignitatis apice, ut imperent, sunt constituti. Illi igitur, qui alta occupant fastigia, imitantur altissima flumina, quæ, ut monet Tessera, minimo sono labuntur. Sic & illi, mi-nimo tono loquuntur. sint Magnates, tanquam ma-gnetes, qui coi affabilitate omnes etiam ferreos homines ad se trahant, tractos, sibi concilient, conciliatos obligent. Summa sapientia est in aucupe, scire,

quo

(a) *L.9.ep.3.*